Ersterwähnung des Ortes: Lohne (Kreis Soest)

Erstmals erwähnt: 1231



---

Urkundensignatur: LAV NRW W Kollegiatstift St. Patrokli, Soest, Urkunden, Nr. 24 b

Transkription gedruckt in: Westfälisches Urkundenbuch VII Nr. 374

---

## Regest

Probst Gottfried von Soest bekundet den Vergleich zwischen Hartmod von Lohne und Hermann von Senden wegen verschiedener strittiger Güter: der Mühle in Soest, des Kaldehofes, der Güter in Völlinghausen und Anröchte etc.

## Transkription

1. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Godefridus Dei gratia Sosatiensis prepositus omnibus inperpetuum. Deperire
2. possunt contractus hominum processu temporum, si robur non habeant litterarum. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris,
3. quod, cum Hartmodus miles de **Lon** ex una parte et Herimannus de Sendene ex alia nomine uxoris sue super quibusdam bonis, videlicet
4. molendino quod est in opido Sosatis et quadam curte, que dicitur Kaldehof, feodalibus cum omnibus ad ea spectantibus et aliis prediis Vol-
5. kelinchusen et Anrochte sitis non iure feodali sed iure proprietario ad nostram dignitatem pertinentibus pridem litigassent, pla-
6. cuit eisdem bonum pacis, quod mediantibus bonis et honestis viris ordinantes confirmaverunt hoc modo: Prenominatus H(erimannus) de Sen-
7. dene contulit prelibato H(artmodo) militi XXV. marcas, pro XV. marcis et dimidia assignans eidem mansum in Spechteshart et man-
8. sum in Bochoven, ut ab actione quiesceret et bonis eisdem cum uxore et filiis renunciaret, quod idem H(erimannus) coram nobis in figura iu-
9. dicii et foro Sosatiensi fideliter adinplevit. Sane ne quippiam negglientius preterirent, iterato ad nostram venientes presenciam
10. tamquam ad principale, supradictam profitentes ordinationem nostram postulaverunt auctoritatem, ut eorum inclinaremur volutati
11. pariter et paci. Quod facientes victi prece precioque XX. marcarum sepius iterata bona totiens dicto H(erimanno) de Sendene et uxori
12. eiusdem pueroque eorum immo vice pueri patri sepe dicti H(erimanni) Israeli militi de Sendene, quia pusillus non aderat, concessimus iure
13. feodali perpetuo possidenda, ita tamen ut eadem femina Uda conditionis sue mutans originem nostra cum liberis suis minis-
14. terialis efficeretur, quia non aliter ius ad eadem bona valeret adipisci; quod ita factum est. Ut igitur actio talis inconvulsa permane-
15. at, eam presenti scripto cum impressione sigilli nostri pace perpetua communimus. Acta sunt hec anno Domini MCCXXXI,
16. regnante Friderico imperatore et archiepischopo Coloniensi Hinrico, testibus hiis presentibus: preposito Hinrico de sancto

17. Severino Coloniense, Hermanno canonico Sosaciense et Jacobo de Aslen eiusdem ecclesie canonico, Theoderico de Bilsthene,
18. Gozwino villico et Roberto iudice Sosaciensibus, Theoderico de Heldene et Heribordo fratre eius militibus, Heindenrico de Thunen
19. et Theoderico de Lethen, Wolthero advocato, Theimone et Theoderico militibus Sosaciensibus, Gerhardo de Medebeke,
20. Rodolpho et Godescalco fratre eius de Ervethe, Johanne de Huvele, Riquino marscalco, Heinrico et Conrado de Anlagen, Alberto
21. Valkenere, Johanne de Alta Porta, Conrado de Brunwerdinchusen, Radolfo super Rivum et Theoderico fratre eius et aliis quam pluribus.

## Siegelbeschreibung

An verblichenen roten Seidenfäden das Siegel des Propstes Gottfried von Soest

## Ortsnamen

| | |
|---|---|
| Sosatiensis: | Soest |
| Sendene: | Senden, Kreis Coesfeld |
| Volkelinchusen: | Völlinghausen, Stadt Erwitte |
| Anrochte: | Anröchte, Kreis Soest |
| Spechteshart: | Spexard, Stadt Gütersloh |
| Bochoven: | bei Soest, genaue Lage unbekannt |
| Aslen: | Asseln, Stadt Lichtenau ? |
| Bilsthene: | Bilstein, Stadt Lennestadt, ? |
| Heldene: | Helden, Stadt Attendorn |
| Thunen: | Osttönnen, Stadt Werl ? |
| Medebeke: | Medebach, Hochsauerlandkreis |
| Ervethe: | Erwitte, Kreis Soest |
| Huvele: | Hövel, Stadt Hamm-Bockum-Hövel |
| Anlagen: | Allagen, Stadt Warstein |
| Brunwerdinchusen: | Brunwardinchusen, wüst bei Rüthen, Kreis Soest |

## Abschrift der Urkunde und Zusammenfassung

| Abschrift | Regest |
|---|---|
| In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Godefridus Dei gratia Sosatiensis prepositus omnibus inperpetuum. | Probst Gottfried von Soest bekundet, dass der Ritter Hartmund von Lohne sich mit Hermann von Senden über eine |

| | |
|---|---|
| Deperire possunt contractus hominum processu temporum, si robur non habeant litterarum. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris, quod, cum Hartmodus miles de Lon ex una parte et Herimannus de Sendene ex alia nomine uxoris sue super quibusdam bonis, videlicet molendino quod est in opido Sosatis et quadam curte, que dicitur Kaldehof, feodalibus cum omnibus ad ea spectantibus et aliis prediis Volkelinchusen et Anrochte sitis non iure feodali sed iure proprietario ad nostram dignitatem pertinentibus pridem litigassent, placuit eisdem bonum pacis, quod mediantibus bonis et honestis viris ordinantes confirmaverunt hoc modo: Prenominatus H(erimannus) de Sendene contulit prelibato H(artmodo) militi XXV. marcas, pro XV. marcis et dimidia assignans eidem mansum in Spechteshart et mansum in Bochoven, ut ab actione quiesceret et bonis eisdem cum uxore et filiis renunciaret, quod idem H(erimannus) coram nobis in figura iudicii et foro Sosatiensi fideliter adinplevit. Sane ne quippiam negglientius preterirent, iterato ad nostram venientes presenciam tamquam ad principale, supradictam profitentes ordinationem nostram postulaverunt auctoritatem, ut eorum inclinaremur volutati pariter et paci. Quod facientes victi prece precioque XX. | Mühle in Soest, den Kaldenhof, Lehngüter, sowie Güter in Völlinghausen und Anröchte, welche Eigenbesitz des Ausstellers sind, verglichen hat:<br><br>Hermann zahlt Hartmund 25 Mark. Für 15 ½ Mark übergibt er ihm eine Hufe in Spexard und eine Hufe in Bochoven. Die strittigen Güter überträgt der Aussteller Hermann zu Lehen, der dafür 20 Mark bezahlt. Dessen Ehefrau Uda und seine Kinder werden in die Ministerialität des Ausstellers aufgenommen. |

| | |
|---|---|
| marcarum sepius iterata bona totiens dicto H(erimanno) de Sendene et uxori eiusdem pueroque eorum immo vice pueri patri sepe dicti H(erimanni) Israeli militi de Sendene, quia pusillus non aderat, concessimus iure feodali perpetuo possidenda, ita tamen ut eadem femina Uda conditionis sue mutans originem nostra cum liberis suis ministerialis efficeretur, quia non aliter ius ad eadem bona valeret adipisci; quod ita factum est. | |
| Ut igitur actio talis inconvulsa permaneat, eam presenti scripto cum impressione sigilli nostri pace perpetua communimus. | Siegelankündigung des Ausstellers |
| Acta sunt hec anno Domini MCCXXXI, regnante Friderico imperatore et archiepischopo Coloniensi Hinrico, | Datum: 1226 |
| testibus hiis presentibus: preposito Hinrico de sancto Severino Coloniense, Hermanno canonico Sosaciense et Jacobo de Aslen eiusdem ecclesie canonico, Theoderico de Bilsthene, Gozwino villico et Roberto iudice Sosaciensibus, Theoderico de Heldene et Heribordo fratre eius militibus, Heindenrico de Thunen et Theoderico de Lethen, Wolthero advocato, Theimone et Theoderico militibus Sosaciensibus, Gerhardo de Medebeke, Rodolpho et Godescalco fratre eius de Ervethe, Johanne de Huvele, Riquino marscalco, Heinrico et Conrado de Anlagen, Alberto | Zeugennennung |

| | |
|---|---|
| Valkenere, Johanne de Alta Porta, Conrado de Brunwerdinchusen, Radolfo super Rivum et Theoderico fratre eius et aliis quam pluribus. | |